

Heinrich Müller

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Theol. D. & Prof. Ordinar. Ad Exequias Quas ... Dn. Johanni Turman/ U.I. Licentiato ... & Sac. Reg. Mai. Suec. in supremo Tribunali, quod est Wismariae, Fisci Advocato fidelissimo, Coniugi suo desideratissimo Vidua moestissima paratas cupit Cives Academicos serio & peramanter invitat : P.P. sub sigillo Rectoratus d. 13. Ianuar. Anno M.DC.LXX.**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77741841X>

Druck Freier  Zugang



**Müller, H.,**

in J. Turman, (*Thurman*)

**Rostoch. (1670.)**

*LB FP Thurmann, Johann 1670*







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS 29.  
HENRICUS



Müller/

D. & Prof. Ordinar.

<sup>Ad</sup>  
EXEQUIAS

Quas

VIRO NOBILISSIMO & CONSULTISSIMO

DN. JOHANNI

Lurman/

U. J. Licentiato Præclarissimo, & Sac. Reg.  
Maj. Svec. in supremo Tribunali, quod est Wisma-  
riæ, Fisci Advocato fidelissimo,

Conjugi suo desideratissimo

Vidua mœstissima paratas cupit

CIVES ACADEMICOS serio & peramanter  
invitat.

*P. P. sub sigillo Rectoratus d. 13. Januarii. Anno M. DC. LXX.*

---

ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

2

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHENSIS  
HENRICUS  
HORA NOVISSIMA  
TEMPORA PESSIMA  
EVIGILEMUS!  
NAMQUE MINACITER  
IMMINET ARBITER  
ILLE SUPREMUS  
ΚΥΡΙΑ ΕΛΕΙΣΟΝ!



**T**ngens semper sententiarum,  
fuit dissidium, num mortui se-  
peliendi essent nec ne. Fuisse  
inter gentiles qui negarent, te-  
stantur exempla. Diogenes in-  
humatum se post mortem pro-  
jici iussit. Quærentibus amicis,  
*Volucrisne feris? Minimè, in-*  
*quit, sed bacillum propè me, quo*  
*eos abigam; ponitote.* Qui poteris? in-  
quientibus, non e-  
nim senties. Quid igitur mihi,  
regeſſit, ferarum lamiatuſ  
oberit nihil ſentienti? ut refert  
Cicero lib. I. Tuſc. quæſt.  
Plura exempla allegat Hieronymus  
cont. Jovin. c. 36. qui omninò  
nobis audiendus: *Maſſageta,*  
inquit, *Et*  
*Derbices homines, ubi ſenuiſſent,*  
*jugulatos devorarunt, di-*  
*centes: melius eſſe, ut à ſe, quàm*  
*à vermibus abſumerentur.*  
*Tibareni, quos dilexerint, ſenes,*  
*patibulo ſuspendunt. Hir-*  
*cani ſemi-vivos volucris Et*  
*canibus projiciunt. Caſpii*  
*beſtiis tradunt: Schyta eos, qui*  
*à deſunctis amati erant,*  
*vivos infodiunt cum deſunctorum*  
*oſſibus. Baſtriani canibus*  
*ad hoc nutritis ſenes objiciunt.*  
Romanos mortuos  
ſuos extra urbem combuſſiſſe,  
docet Antiquitatum.

Ro-



Romanarum liber Vrus c. 39. Contrarium alii te-  
nuere gentilium. Apud Athenienses, si quos Dux bello  
peremptos milites sepulturâ non cohonestasset, capite  
plectebatur. Macedonibus quoque nullum fuit  
tam solenne militiæ munus quàm suos sepelire. De  
Hebræis inprimis refert Cælius Rhodig. l. 9. c. 43. quod  
lege caverint, ne quisquam relinqueretur insepultus.  
De Christianis idem rectè dixerimus. Jus enim no-  
strum Civile, Publicè, ait, *interest non minùs mortuos se-  
peliri, quàm vivos conseruari: ideò, ne mortuorum in/on-  
tium cadavera detineantur, ludibrio exponantur, neve  
vexentur, Præsidis provinciæ officium l. 38. ff. de religiof.  
& sumt. fun. Novell. 60. c. 1.* Et certè debetur sepul-  
turæ hono- iis, qui christiani non dicuntur tantum sed  
& sunt. Quis enim non æstimet membra Christi? quis  
habitaçula S. Spiritus non honoret? Rectè Hippo-  
nensium in Africa Præsul Augustinus lib 1. de C. D. c. 1.  
*Nefas esset vasa Spiritus S. projicere, quibus ipsis & beata  
spes resurrectionis indubitata restat. Et mox c. 13.  
Non contemnenda sunt corpora defunctorum, maximèq;  
justorum ac fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad  
omnia bona opera Spiritus S. usus est. Si enim paterna ve-  
stis & annulus, ac si quid ejusmodi, tantò charius est po-  
steris, quantò erga parentes major affectus: nullo modo  
ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multò familiarius  
& conjunctius, quam qualibet indumenta, gestamus.*  
Neque

Neque parum nobis ipsis ex sepultura nostratum  
accrescit utilitatis. Sepelimus enim mortuos ut  
multarum rerum nobis in mentem revocemus me-  
moriam. Ideo secundum Augustinum lib. de cura  
pro mort. c. 4. *monumenta dicta sunt sepulcra, quia  
monent mentes.* Monent ne supra alios nos extollamus  
siquidem tam exiguus locus tam potentes tamque di-  
vires claudit atque coercet. Philippus Imperator cum  
in Hippodromo equo delaberetur & resurgens locum,  
qui prostratum continuerat, adspiceret, *Eccè, inque-  
bat, quam exigua nos capiat arena, qui totius orbis stultè  
affectamus imperium.* Egregie Chrylostomus, *Sepulcrum,*  
ait, *humilitatis nobis Schola est.* Monent monumenta  
mentem, mortem omnibus expectandam esse, tam  
divitibus quam pauperibus, tam juvenibus quam se-  
nibus, siquidem tot passim reperias sepulcra juvenum  
quot senum, nec divitum pauciora quam pauperum.  
Monent mortem semper timendam esse, quandoqui-  
dem nova ubiq; locorum invenias sepulcra veteribus  
permixta. Monent nos originis nostræ in Adamo,  
quod terra simus qui in terram redimus, *à tumulo tu-  
mulum petentes,* ut olim de nobis cecinit Gregorius E-  
piscopus Nazianzenus carm. de hom. exter. vii. Monent  
nos etiam futuræ ad vitam resurrectionis. Projicitur se-  
men in aërem, aquam, ignem, non germinat. Projice  
in terram & germinabit. Ideo terræ. committun-  
tur

tur corpora, ut scias olim ea ad immortalitatem reviv-  
tura. Sed quò tendit tandem nostra hæc de sepultura  
christianorum commentatio? Dicam tribus. Poposcit  
eam sepultura Viri Nobilissimi & Consultissimi,  
DN. JOH. TURMANNI, J. U. Licentiati Præclarissimi,  
& dum vitali adhuc vesceretur aurâ, S. Reg. Maj. Suec.  
in supremo Tribunali Wismariensi Fisci Advocati ex-  
cellentissimè meriti. Sepeliendus is hodiè, ut terræ  
matri reddatur, ex cujus utero in patre Adamo egres-  
sus est. Sepeliendus, ut Christi membris associetur  
in morte, qui voluit associari in vita. Sepeliendus,  
sed in urbe patriâ, qui extra eam funere suo mersus  
est, ut scias dulce, ipsâ etiam in morte, esse natale solum.  
Heic enim Rostochii natus BEATUS noster, ut rebus  
caducis aliquandiu interesset, qui nunc perennibus  
fruitur, Anno Chr. M. DC. XXIX. d. 28. Maij, & mox  
regno cælorum renatus, atque aquis salvificis expia-  
tus est. Patrem habuit VIRUM ANTIQUA VIR-  
TUTE ATQUE FIDE, B. DN. CASPARUM  
Thurmann / Senatorem, dum viveret, hujus urbis  
Amplissimum, gravissimumque. Matrem MARGA-  
RETAM Sanders / Matronam Virtutibus sexum,  
suum ornantibus maximè conspicuam, (in cujus defun-  
ctæ locum, cælo sic disponente, successit MARGARE-  
TA von Hecken / singulare illud PIETATIS atque  
PATIENTIÆ exemplar, Matronarumque Optima-  
rum

rum eximium decus, quæ non injustæ instar fuit no-  
vercæ, sed matris benevolentissimæ.) His parenti-  
bus oriundus non potuit non præclaræ indolis ignicu-  
los possedisse, qui sese exseruere jam à molli statim  
pueritiâ. Educatus enim inque bonis literis informa-  
tus sub privatis Præceptoribus, fundamenta adeò jecit  
feliciter, ut Anno M. DC. XLVII. in Regium Borusso-  
rum Montem ablegaretur. Sedit ibi ad pedes Celeber-  
rimi Jcti RICCI, inq; juris studio non parùm pro-  
fecit. Inde rediens in Patriam sub Amplissimis  
Themidos antistitibus D. SCHUCKMANNO,  
D. SCHNOBELIO, D. RAHNIO, sed quantis Vi-  
ris! telam, quam eximiè orsus erat, pertexuit. Quàm  
pulcra sæpè certamina publica opponendo, respon-  
dendovè dederit, quàm nobili fervore in Jurispruden-  
tia, in cujus sinu conquiescere decreverat, militaverit,  
præstat non attingere quàm parcè. In fessâ per an-  
nos aliquot patriâ, nobile Baravorum Lugdunum,  
petiit, ibidemque studiorum suorum moderatores ele-  
git Excellentissimi nominis Jctos VINNIUM atque  
MOLSTERTIUM. Lustrata quoque est Franeker-  
ra, percelebris illa Frisiorum Academia. Visus audi-  
tusvè incomparabilis juris Antistes WESENBECIUS,  
sub cujus præsidio disputationem publicam exhibuit  
Noster. Hinc Patriæ redditus Academiam mox adi-  
vit Gryphicam, in qua An. M. DC. LV. cum pro Licen-  
tiâ

trā capeffendi summos in utroque jure honores, sub  
moderamine Excellentissimi JCti D. PETRISTE-  
PHANI, Facultatis suæ r. t. Decani, non absq; bono-  
rum omnium applausu disputasset, mox in publicā Vi-  
rorum doctorum panegyri U. J. *Licentiatu*s solenniter  
renunciatus est. Tunc verò Noster, missâ juristheo-  
riâ, ad praxin animum adplicuit eique totum sese de-  
vovit. Eum in finem visitatum Sternbergum, Mega-  
lopoleos oppidulum dicasterio SERENISSIMORUM  
DUCUM MEKLENBURGICORUM provinciali tunc  
temporis nobilitatum. Et constitutum quoq; erat  
adire Spiram, Inclutissimi S. Cæs. Majtis judicii Camera-  
lis sedem. Sed visum aliter rerum humanarum mo-  
deratori DEO, quo volente factum ut, cum per aliquot  
mentes Hamburgi subsisteret Noster, & SPARTA  
ipsi offerretur & MARTHA. Reverendum enim Ca-  
pitulum Hamburgense singularibus VIRI donis excel-  
lentique permotum eruditione, ipsum ritè sibi elegit  
*Secretarium*. Adjunxit Coelum propitium floridissi-  
mam tori sociam, Virginem tunc temporis ornatissi-  
mam, nunc Viduam eheu! desolatissimam DORO-  
THEAM, Amplissimi Viri MATTHIÆ Freuden/Civis  
quondam Hamburgensis primarii planeq; Eximii, quin  
Monetæ publicæ etiam Magistri curatissimi, filiam.  
Quod ipsum matrimonium, uti per undecim annos pa-  
carum, sic nec planè infœcundum fuit, Suscepit enim  
Noster

Noster jugalis tori pignora tria, filios duos, unamve  
filiam, CASPAREM-MATTIAM, GUSTAVUM-  
JOHANNEM, & ILSABEN, qui per Dei gratiã adhuc  
superstites omnes, acerbissimum desideratissimi Patris  
obitum unã cum matre Vidua amarissimè deplorant.  
Quandoquidem verò in administratione functionis si-  
bi commissæ nec fidei quicquam, nec industriæ in se  
desiderari patiebatur, à Rev. Capitulo Holmiam ad Po-  
tentissimum Svecorum Regem deputatus est Noster,  
in quã deputatione eã dexteritate, fidelitate eã rem o-  
mnem curavit, ut ab ipsa S. Majte Reg. dignus habitus  
sit qui primùm quidem Secretarius Regius, & post  
decursum aliquot annorum supremi Tribunalis Regii,  
quod est Vilmariæ, Advocatus constitueretur fisci,  
quo officio usque eò fideliter gnaviterque functus est,  
ut bonorum omnium meruerit non tantùm, quùm  
viveret, amorem atque applausum, sed etiam ingens  
sui, postquã jam vitam cum morte commutavit, re-  
liquerit desiderium. Quantum ad reliqua, quæ de  
FUNCTO exponi merentur, attinet, candidi ille sem-  
per fuit pectoris vitæ què inculpata; nullam rem se sta-  
ri magis quàm pietatem visus est, ut quam nosset ad o-  
mnia utilem esse, habereque promissiones hujus *ſæculi*  
*ſeculi*. Et, si quod præterea egregium, virtuosumque  
esse cognosceret, ei excolendo tantam dabat operam,  
uti majorem vix quiret. Cujus rei, prout exstant, lu-  
culen-

B

culen-

culentissima liceret afferre documenta, si loci hujus,  
nec properandum nobis esset ad id quod finem OPTI-  
MO VIRO fecit, de quo perorantem nunc audiemus  
Virum Experientissimum, DN. D. GEORGIVM  
GESENVIM, Medicum Physicumque Wismariensem  
Clarissimum. Ita verò ille; *Postquam dictus Licentiatus  
Thurmannus p. m. die 22. Decembr. anni præteriti in hyber-  
no frigore iter quatuor vel quinque miliarium equitando con-  
ficeret, & eadem die adhuc in curia commissioni usque ad  
horam sextam vespertinam interesset, insuper sequenti die  
23. mane vestibus parum munitus per semihoram in aere  
frigidiori versaretur, factum est, ut illo die, circa vespem,  
horrorem perciperet febrilem, per duas ferè horas instantem,  
cum subsequenti calore præternaturali, cordis anxietate, &  
parvo animi deliquio: nox subsequens erat inquieta, cum  
terribilibus insomniis. Altero porro die, qui erat 24. ejus-  
dem mensis, calor præternaturalis nihil vel parum remitte-  
bat, sitis urgebat, vigilia perpetua erant, pulsus frequens &  
debilis percipiebatur, urina turbida & confusa sine subsiden-  
tia conspiciebantur, superveniebatq; circa initium sexti diei  
delirium. Ex quibus omnibus Symptomatibus mox ab ini-  
tio putredinis & malignitatis signa animadvertentur.  
Cum autem dicta illa Symptomata nullis vel pharmaceuticis  
vel Chirurgicis debito tempore & modo adhibitis præsidis  
minuerentur, facultas vitalis, seu vis cordis, manifeste  
evanescebat, & ager circa initium diei septimi placide ex-  
spirabat.*

spirabat. Præter verò hunc, quem jam in scenam pro-  
duximus, Medicum, consulti quoq; sunt alii, inque  
partem curæ vocatus primò Vir Excellentissimus DN.  
JOH. BACMEISTERVS, Medic. D. & Profefs. hujus  
Acad. celeberrimus, Collega noster æstimatissimus,  
cujus hoc de Morbo FVNCTI iudicium; Vocatus per  
Literas, 28. Decembris An. proximè præteriti ad Virum Con-  
sultissimum atq; Clarissimum Dn. Lic. Joannem Thurmman-  
num, inveni illum circa horam decimam nocturnam (quo  
tempore Wisariam primùm ingressus sum) febre maligna  
graviter laborantem, quo cum morbo in sextum jam usque  
diem colluctatus erat. Calorem animæ adverti valdè intensum,  
respirationem admodum difficilem, pulsum durum inordi-  
natumq; cum leni quodam delirio, & viribus planè prostra-  
tis. Unde facile conijcere poteram, illum vix aut ne vix qui-  
dem evasurum. Interim tamen, ut omnia tentarentur, nec  
quicquam illorum intermitteretur, quæ unquam prodesse pos-  
sent, hostemq; præsentem debellare, postquam Medicus Or-  
dinarius Wisariensis Dn. D. Georgius Gesenius histo-  
riam morbi, quæq; hætenus ab ipso essent præscripta atque  
exhibita medicamenta, ordine mihi exposuisset, communi-  
cato consilio specificum aliquod Cordiale ipsi exhibuimus, ex  
quo etiam per horam unam vel alteram placidè dormivit. Ve-  
rùm postmodum delirium magis magisque augebatur, vires  
deficiebant, sicq; die 29. Decembris circa octavam vespertis-  
nam placidè animam exspirabat. Sed & ægroto curan-  
do adhibitus SERENISSIMI DVCIS MEKLENBVR-  
GICI,



GICI, DN. GUSTAVI ADOLPHI, PRINCIPIS PIEN-  
TISSIMI ET IN GLORIAM SEculi NATI, DO-  
MINI NOSTRI CLEMENTISSIMI Archiater lauda-  
tissimus, DN. HENRICUS *Schmid*/ multæ experien-  
tiæ summiq; nominis Medicus, Fautor noster hono-  
ratusissimus. Applicata pharmaca nobilissima, sed non  
alio eventu, quam ut hæc nobis scribendi necessitas  
imponeretur. Quod cum animadverteret Noster, ac-  
cessit Confessario quod petiit impetravit ex verbo  
Dei animæ solatium, (Pastus enim jam ante erat sacra-  
tissimis corporis Dominici epulis) quo impetrato & ad  
interiores pectoris recessus admisso *d. 29. Decembr. circa*  
*dimidiam nonam vespertinam* ardentissima inter adstan-  
tium suspiria, placidissimè resolutus est, postquam 40.  
annos vivendo s. potius moriendo complexer. Mi-  
feretur Deus superstitis viduæ & pupillorum, iisque  
mariti instar sit patrisvè! Confortet quoq; celesti luo-  
solamine MATREM afflictissimã, mœstissimum DN.  
FRATREM, Eximias, Deoq; deditissimas, mœrore  
verò nunc oppressas ferè SORORES, AFFINES et-  
iam afflictos, cives apud nos primarios, planeq; egre-  
gios! In quorum solatium, ut, *Cives Academici*, exe-  
quias VIRI OPTIMI frequentes exequa-  
mini, prolixè Vos etiam atque etiam

Conventus fiet post horam primam in aede

*B. Virgini sacrã.*











spirabat. Præter verò hunc  
 duximus, Medicum, con  
 partem curæ vocatus pri  
 JOH. BACMEISTERVS  
 Acad. celeberrimus, Col  
 cujus hoc de Morbo FVN  
 Literas, 28. Decembris An. p  
 sultissimum atq; Clarissimum  
 num, inveni illum circa hor  
 tempore Wisariam primu  
 graviter laborantem, quo ca  
 diem colluctatus erat. Calore  
 respirationem admodum diffi  
 natumq; cum leni quodam deli  
 tis. Unde facile conijcere pote  
 dem evasurum. Interim tam  
 quicquam illorum intermitter  
 sent, hostemq; præsentem debe  
 dinarius Wisariensis Dn.  
 riam morbi, quæq; hætenus  
 exhibita medicamenta, ordin  
 cato consilio specificum aliquo  
 quo etiam per horam unam ve  
 rùm postmodum delirium ma  
 deficiebant, sicq; die 29. Decem  
 nam placidè animam exspirab  
 do adhibitus SERENISSIM

am in scenam pro  
 sunt alii, inque  
 cellentissimus DN.  
 ), & Profefs. hujus  
 er æstimatissimus,  
 ium; Vocatus per  
 eriti ad Virum Con  
 oannem Thurmman  
 nocturnam (quo  
 sum) febre maligna  
 sextum jam usque  
 erti valdè intensam,  
 sum duram inordi  
 ribus planè prostra  
 vix aut ne vix qui  
 a tentarentur, nec  
 quam prodesse pos  
 uam Medicus Or  
 us Gesenius histo  
 t præscripta atque  
 visset, communi  
 psi exhibuimus, ex  
 idè dormiuit. Ve  
 augebatur, vires  
 octavam vespertis  
 agroto curan  
 MEKLENBVR  
 GICI,

